38

casus· ꝛ sic nō oportet ꝙ producat᷑· qꝛ nom̃ neutri generis in e corrumpit᷑· tñ iste accñs reputat gtm̃ in antiphona paschali positum

dcõem signtē teneris ·i· adiūgere dcõem signtē sꝰ casui
rē possessaȝ generatõem

**Possessuȝ debes sociare genusqꝫ dtuo**

·i· substãtiuo ·s· v̓buȝ fundamẽtuȝ v̓boꝝ ·i· importat᷑

**Cum v̓bo p quod substãtia significat᷑**

De regie dti casus· et primo ex vi possessionis

Hic autor incipit determiare de regie dti· Rō ordinis est· qꝛ ordo regiminis positus est ab alexãdro iuxta ordinē casuuȝ· qꝛ Iuuenes quos intendit instruere ordinē casuuȝ ex donato sciunt Sed gtũs in ordine casuū obliquoꝝ p̄cedit· ergo regimē gti p̄cedit regimen dti Et pñter regimē dti precedit regimē acci ꝛc· Et dicit autor ꝙ debem⁹ sociare dtō casui possessum ꝛ genus cum ·i· mediãte verbo subo Hec sentētia stat in duabus regulis· Prima est· dcō significãs rem possessam pōt regere gtm̃ significantē possessorem illius rei mediante v̓bo substãtiuo· vt Iste liber est petro Scd̓a regula· dcō significãs genus ·i· aliqꝫ lineaȝ cõsanguinitat̃ vel p̄ncipiuȝ generationis pōt regere gtm̃ significantē rem generatã· vel significantē rem illam respectu cuius ē linea generatõnis vel cõsanguinitat̃ mediãte verbo subo· vt Iste est iohãni pater· sum tibi filius· sum tibi nepos ꝛc·

Querit᷑· quot cõcurrunt ad regimē dti Solutio· quattuor· duo generalia· et duo spẽalia Generalia st̃ modus depẽdentis ex pte dcõnis regentis· et modus dependentiã terminãtis ex parte dcõnis recte Sed p̄ncipia specialia st̃ modus afferentis· et modus cui aliquid acq̃ritur

Querit᷑· quot st̃ vires in regimine dti Soᵒ quattuor· s· ex vi possessionis· ex vi relationis· ex vi actus cõuersi in habituȝ· et ex vi acq̃sitionis specialis· Et vltra illas q̃ttuor vires est regimē generale· s· acq̃sitõnis gñalis

Arguit᷑· De relatiuis in lrã sequenti d̓r· ergo hic sup̄flue ponitur hec regula· qꝛ pater filius nepos ꝛc· sunt oĩa relatiua · Solutio· hic determinat᷑ de eis vt regunt alios dtõs q̃ʒ suoꝝ correlatiuoꝝ· sed in lrã sequenti regunt dtõs suoꝝ correlatiuoꝝ Et qñ regunt gtm̃ dicendo sortes est pater tui· valet tm̃ sicut pater tuus p modum possessionis· sed qñ dicitur est pater tibi· valet tm̃ est pater ad vtilitatem tuam

Querit᷑· vtrum v̓bum subm̃ de necessitate additur Solutio· nō de necessitate absoluta· sed conditionata· Primuȝ ptȝ· quia verbo subo deposito adhuc manet orõ congrua Scd̓ȝ patet· qꝛ perfecta sentētia nō habetur nisi addito verbo subo Ubi notãdum ꝙ iste datiu⁹ principaliter nō regitur a verbo subo: sed a noīe mediante verbo substãtiuo· sicut sedens super equuȝ principaliter ip̄m gubernat Sed instrumẽtum quo mediante ipse gubernat est frenum chamus ꝛ hm̃õi·

Queꝛ· q̃re v̓bum subm̃ magis exp̄mitur hic q̃ȝ necc̃ariuȝ est in regie dti

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-14/0075
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG